



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

29. Feria 3. Domin. 3. Epiph. De cavendo errore in negotio salutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO XXIX.

Feria 2. Dom. 3. Epiph.

De cavendo errare in negotio salutis.

A Vidiam Dominum *JESVM* dantem suam
 necessariam cautionem inter tot errorum
 tenebras existentibus. Petam eam assequi.

Conf. 1. Quantum nocet credere igno-
 rantiæ, falsis literis, monetae fictæ, alterum can-
 tum nocet credere errori, in salutis præsertim
 negotio: quia effectus sequuntur naturam
 causarum: veritas autem & error sunt sicut
 arbor bona, & mala, unaquæque juxta ger-
 men suum fructus proferens: illa bonos, hæc
 pessimos, quos decerpserunt, quotquot con-
 tra dictamen conscientia egerunt serò æteri-
 num ingeminantes: *Ergo erravimus.* Sap.
 Dicam cum Psalmista: *Deus meus illuminavit
 tenebras meas* Ps. 17.

Conf. 2. Originem errorum procedere ab
 hominibus ipsis, servientibus vel affectibus
 vel Regibus, hoc est, cupiditati inordinatæ,
 vel respectibus humanis: quas utraq; tene-
 bras *D. JESVS* lux mundi, cui repugnat
 error, triplici modo dissipat: præceptis, con-
 silijs, & inspirationibus, quæ semper tendunt
 ad melius. Petam humillimè mihi pandi the-
 saurum Veritatum æternarum, & margaritas
 politæ coelestis pro quarum una omnia ven-
 denda

Feria 2. Dom. 3. Epiph. 51

denda sunt: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. &c. Pl. 42.

Cons. 3. Subtiles quosdam errores, sub ratione veri contentos. 1. Putantium se rem bonam fecisse, ut Saul: Imò audivi vocem Domini. 1. Reg. 15. 2. Utentium titulo puritatis, us Ahas: Non petam, & non tentabo Dominum. Isai. 7. 3. Volentium ineptè imitari Sanctos, ut Jephthe Abrahamum. 4. Recusantium honorifica pertinaciter, ut Petrus lavari pedes. Joan. 13. 5. Præferentium necessitatem, ut Saul necessitate sacrificans, postmodum audire debuit, stultè se egisse. 6. Prætextus charitatis, ut ille silentij tempore infirmum loquendi gratia visitans, à Crucifixo audivit. Non placet mihi ista charitas. 7. Prætextus devotionis, ut ille habens donum lacrymarum in officijs culinæ, è quibus ut devotioni vacaret, liberari petens, dono lacrymarum spoliatus fuit, deinceps non recuperato. Hi septem errores, quia ex inordinato appetitu etiã circa res sanctas procedunt, facile persuadent arborem amoris proprij errorum originem radicitus evellendam.

MEDITATIO XXX.

Feria 3. Dom. 3. Epiph.

In omnibus non meum commodum, sed Dei beneplacitum querendum.

C 2

Aspi-